



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 152. Martinus V. a Joanna Siciliae Regina ut Papa agnitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1419.

git, præstolaturus, donec salvo Pontificiæ dignitatis honore Romam repetere, ibidemque tuto commorari sibi liceret; nondum enim Patrimonium Ecclesiæ ab hostili metu liberatum erat, arce S. Angeli, Ostia, ac urbe veteri sub Imperio Joannæ Siciliæ Reginæ adhucdum constitutis.

§. CLII.

Martinus V. a Joanna Siciliæ Regina agnitus.

Regina cum Pontificem Florentiam venisse intellexisset, eo decrevit summum Sicilianæ Curiaæ Prætozem, qui Martino V. Pontificios honores ejus nomine gratularetur, obsequiumque præstaret: Papa vicissim Cardinalem Petrum Maurocenum patria Venetum ad eam ablegavit, ut eidem Neapoli coronam imponeret, ea tamen lege, ut Jacobum Borbonium Maritum suum e custodia liberum dimitteret; quem jam longo tempore captivum detinebat, cum illa interim pudoris immemor turpissimis præfati Prætoris, aliorumque amplexibus indulgeret. Jacobus obtenta libertate pie usus, in Gallias rediit, & sæculi vanitates, atque adversos fortunæ suæ casus admodum pertæsus, S. Francisci institutum professus est, ibique usque ad annum

num Salvatoris nostri millesimum quingentesimum trigésimum sextum regum Sæcul. XV.
 lari observantia aliis præluxit, sanctamque vitam coluit, quamvis ejus conjux A. C. 1419.
 illius exemplo minime saperet, nec ad saniora rediret.

§. CLIII.

Epistolæ Poloniæ Regis ad Martinum Papam.

Cum Pontifex Florentiæ ageret, allatæ sunt literæ, quas Poloniæ Rex in- *Vonder Hardt fo. 4.*
 eunte hoc anno ad eundem perscripserat. Querebatur injuriam sibi occasione litis cum Equitibus Teutonicis a Synodo illatam, eoquod Nuncii Papales, etiamsi duntaxat ad conciliandam pacem, non vero ad decidendam Equitum Prufforum causam mandata accepissent, nihilominus Regem nec auditum, nec per se, nec per alium suo nomine præsentem condemnassent, quinimo sententiam in eum, priusquam sibi exhiberetur, promulgassent. Idem exponit, quod, quamvis ejusmodi sententia, ita opinante summo Pontifice, juri suo non derogaret, nihilo tamen se-
 cius ejus famam læderet, cum saltem calumniatoris, atque iniqui litigatoris notam sibi aspergeret, se quidem, addebat, haud ægre ferre, Papæ Nuncios plus Equitibus, quam sibi propensos fuisse, non ta-